Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

leuitis. Quo facto principes exercitus accesserunt ad moysen.
et dixerunt. Recensuimus numerum pugnatorum quos dedis
ti nobis et nec unus quidem defuit nobis. Quam obrem offeri
mus in donariis domini quod in preda auri potuimus inueni
re. periscelides. armillas. anulos. dextralia. murc
nulas. ut depreceris dominum pro nobis. Susceperunt aurum
Cui remansit in castris. moyses et eleazar: et intulerunt illud in tabernaculum.
xxxii. Filii autem De sorte duarum tribuum et dimidie.
ruben et gad et dimidia tribus manasse. habe
bant pecora multa nimis. Et uidentes amor
rea. et basan. et galaad aptas pecoribus alendis.
rogauerunt moysen ut terram hanc concederet eis. Existi
mans autem moyses ob timorem pugne et laboris hoc
quesisse eos. malignos eos appellauit. eo quod fratribus
in erumpna consistentibus: ipsi uellent deliciari. Ipsi
uero polliciti sunt quod mulieres et paruulos in tutis lo
cis constituerent. et ordinarent caulas ouibus et stabu
la iumentis fabricarent. ipsi autem armati precederent
fratres suos donec introducerent eos ad loca sua. Sub
hac itaque conditione terram seon regis amorreorum et
og regis basan susceperunt. Porro filii machyr.
filii manasse obtinuerunt galaad. Iair uero filius
manasse occupauit uicos eius et uocauit eos auo
uillas. thiair. id est uillas iayr. Catalogus quadraginta
Cathalogus est numerus et breuis sermo. Ponitur hic duarum mansionum. xxxiii.
cathalogus mansionum ab exitu de egypto.
Fuerunt autem ante transitum maris rubri. iiii.
ramesse. sochot. etham. phyachiroth.
A mari rubro usque ad syna octo. mara. helym.
iamsuph. quod sonat mare rubrum. uel scirpeum. Ita
enim mare. suph rubrum uel scirpus interpretatur. Et
potuit esse lacus scirpeus quia hebrei qualibet
aquarum congregationem uocant mare. Post iamsuph.
desertum syn. depheca. zhalus. raphidim.
solitudo synay. a monte syna. usque ad cades. xx.
una. sepulchra concupiscentie. asseroth. rethma.
remonphares. lepna. ressa. celatha. mons se
pherada. matheloth. thaat. thare. meltha. es
mona. moseroth. debnetacham. mons galgad.
gethebatha. ebrona. asiongaber. cades a chades
barne. a cades usque ad campestria moab nouem.
mons hor. salmona. phymon oboth. geaba
rim. dybongad. helmon deblathaym. montes
abarym. campestria moab. De urbibus leuita
Iterumque locutus est dominus rum et suburbanis. xxxiiii. moralia. s.
ad moysen. et distinxit terminos terre promissionis
ab ortu et occasu. meridie et aquilone. et nominauit
principes tribuum. qui transito iordane cum eleazaro
xxxv et iosue terram diuiderent. Preceptumque leuitas
in omnibus tribubus dispersos habere. xlviii. ciuitates.
ad habitandum. et a muris forinsecus per circuitum terram
mille passuum obtinere. in qua suburbana essent

ad pecora eorum alenda. ex quibus ciuitatibus vi. essent
refugii. Tres ultra iordanem. et tres citra de quibus in deu xxviii.
teronomio dicetur. De matrimonio contribulium. xxxvi.
Accesserunt autem filii machyr. filii manasse.
ad moysen et dixerunt. Filie salphaat fratris
nostri nobiscum habent sortem ex precepto domini. Si
ergo nupserint uiris tribus alterius. quia filii earum Supra xxvii.
sequentur tribum patris. minuetur hereditas nostra. et
sortium distributio confundetur in iubileo. Occasione
ergo filiarum salphaat hec lex promulgata est a domino
per moysen. Omnes uiri ducent uxores de tribu et
cognatione sua. ut hereditas permaneat in fami
liis. ne commisceantur tribus. sed maneant ut a domino
sunt separate. Explicit liber numeri.

Incipit historia
deuteronomii.

QVINTA.
Et ultima huius
hystorie distinc
tio hebraice dicitur
helleaddabarim.
quod sonat hec sunt
uerba. grece dicitur
deuteronomium. id est secunda lex.
Deuteron enim secunda: nomia
lex est. Ex hoc nomine quidam errantes dixerunt duas esse
leges. unam datam a deo que in libris continetur preceden
tibus. alteram datam a moyse. que in hoc libro. addentes
in assertionem sui erroris quod de illa lege legitur su
pra. Locutus est dominus moysi. de ista dicitur. locutus
est moyses ad omnem israel. Ad hec dicebant quod scilicet multitudinem ... nem.
multa hic leguntur que non supra. immo quedam contra
ria. quod non fieret si hic esset predictorum repeticio.
Verum sciendum uel sentiendum est. quia hic pentateu
cus. scilicet genesis. exodus. leuiticus. liber numeri. et deute
ronomium. non est nisi una lex. que in abaplo et alius se Ad Rom. vii.
per uocatur lex moysi. que lex dei. Hebreus etiam
uocat hos quinque libros thorat. id est legem. Nec ob ali
ud dicitur liber hic secunda lex. nisi quia predicta. hic iterantur.
quasi lex iterata. Iterantur autem hic tria de causis tribus.
precepta et cerimonie. ad commendationem me
morie. et ipsorum confirmationem. beneficia dei ad
roborandam dilectionem dei in illis. flagella que
sustinuerunt murmurantes ad timorem incutien
dum. Sed tamen in hac iteratione uidentur aliqua predictis in
esse contrarietas. in superficie uerborum. in intellectu tamen
nulla est. Fuerunt qui dixerunt hunc librum factum a
iosue transito iordane. quia legitur in principio.
hec sunt uerba que locutus est moyses trans iordanem.